



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 483. Usque Ad Annum 561.

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1759**

**VD18 90117824**

§. 57. Persecutio in Africa.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66066](#)

cha, has litteras Anastasius addito im-Sæculum VI.  
 perio repetiit, quod Dignitati suæ con- A. C. 506.  
 tumeliosas crederet. Macedonius eas  
 reddere fortiter recusabat, dicens, nun-  
 quam commissurum se, ut ita Fidem pro-  
 deret. Hæc constantia Persecutionem  
 in se concivit. Inimici Macedonii sica-  
 rium nomine Acholium subornarunt,  
 qui interceptum gladio confoderet. Ma-  
 cedonius re comperta, ut Bonum pro  
 Malo redderet, Acholio censum annum  
 constituit. Eadem misericordia fuit in  
 alios quosdam pauperes, qui Ecclesiam  
 diripuerant.

### §. LVII.

#### *Persecutio in Africa.*

In Africa quoque Persecutio in Chri- *Sup. n. 12.*  
 stianos recruduerat. Guntamundus *Isid. Hist.*  
*Vand. æra*  
 Rex, cum anno 484. Hunerico successis- *514. Vist.*  
 set, dedit Pacem Ecclesiæ, & Catholicos *Tun. Chr.*  
 ab Exilio revocavit. Nihilominus ali-  
 quod Persecutionis genus non defuit.  
 Anno Regni sui tertio Carthaginensibus  
 Cœmeterium S. Agilei, revocato ab E-  
 xilio Eugenio eorum Episcopo, restituit.  
 Anno decimo, nempe 494. omnes Eccle-  
 sias aperiri jussit, postquam annis decem  
 mensibus sex diebus quinque, a septima  
 Febr. anni octavi regnantis Hunericus us-  
 que ad diem ultimam Aug. hujus anni,  
 clausæ fuissent. Guntamundus etiam

M 2

S. Eu-

Sæculum VI S. Eugenii precibus dedit, ut cœteros  
A. C. 506. omnes Episcopos revocaret. Sed eum

post biennium fatum abstulit, successit.  
que frater ejus Trasamundus 24. Sept.

anno 496. Is aliis intentatam viam per-

*Procop. I.* sequendi Catholicos ingressus, vim nul-

*Vand. c. 8.* Vit. S. Fulg. lam contra Antecessorum suorum mo-

c. 16. *Boll.* rem inferebat, sed Munera, Dignitates,

*I. Jan.* Divitias, aut flagitiorum impunitatem a

fide defecturis promittebat. Episcopos

in Ecclesiis, quæ vacarent, ordinari pro-

hibuit. Verum qui superstites erant E-

piscopi hoc mandatum contemnere com-

muni omnium consilio decreverunt.

Sperabant mora Regis iram mitigari pos-

se, aut certe, si Persecutio efferveret,

recens ordinatos Pastores populis sola-

tium, & opem allatueros, & Martyrii co-

rona decorandos. Hoc inter Episcopos

anno 507. statutum fuisse creditur, cum

ante annos duos Eugenius Carthaginen-

sis ad Superos migrasset Albygæ in Gal-

liis, ubi celebris est ejus Memoria, atque

sicut & in tota Ecclesia 13. Julii honori-

fice colitur. Forte illo missus fuerit a

Trasamundo, qui amicus erat Alarici Vi-

sigothorum Regis, & etiam Ariani. S. Eu-

genius Theodoro Consule, seu anno 505.

obiit.

*Martyr.*

*Rom. 13.*

*Jul.*

*Viti. Tun.*

Quemadmodum inter Episcopos con-

venerat, cito multi Presbyteri, & Dia-

coni eligebantur, qui sine mora assume-

bantur,

bantur, & consecrabantur Episcopi. Urbs Sæculum VI.  
quælibet Electionemurgebat, ne cœte- A. C 506.  
ris segnior in deligendo Præfule, qui Se-  
dem vacantem impleret, videretur. Bre-  
vi tempore omnes Provinciæ Byzacenæ  
Cathedras novi Episcopi occuparunt.  
Infremuit Rex, omnesque in Exilium  
pellere, & omnium primo Victorem Pri-  
matem, qui eos ordinaverat, statuit.  
Comprehensus est Victor, & Carthagi-  
nem deductus; hinc novarum Ordina-  
tionum lætitiam major luctus exceptit.  
Illo tempore ordinatus est Fulgentius E-  
piscopus Rusensis, celebri ejusdem Pro-  
vinciæ urbe. At adeo illustris est hujus  
Viri fama, ut ejus exordia altius repeti  
mereantur.

### §. LVIII.

#### *S. Fulgentii Principia.*

Sanctus Fulgentius nobilissimo genere  
ortus erat Carthagine. Gordianus  
Senator Avus ejus cum pluribus aliis a  
Genserico expulsus, in Italiam fugerat,  
ibique fatis functus est. Ex Filiis ipsius  
duo in Africam redierunt, sperantes, Hæ-  
reditatem Paternam se posse recipere.  
At, cum Carthagine, ubi Domus eorum  
Arianorum Presbyteris in prædam cesse-  
rat, habitare non possent, Sedem elege-  
runt Telepti in Byzacena, ubi eis aliquot  
agri Regis imperio restituti. Horum fi-

*Vit. e. 2.*

M 3 liorum